AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 75r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



hoc et de bonitate. et de
æternitate. et de omnipo
tentia dei. dictum sit. omni
busque omnino predicamenti.
que de deo possunt pronun
tiari. quod ad se ipsum dicitur
non translate ac per simili
tudinem sed proprie. si tamen
de illo proprie aliquid ditio
re hominis potest.

Relatiue non substanti
aliter de deo quicquid
autem pater aut filius aut
spiritus sanctus proprie notatur.

Quod autem proprie singula
in eadem trinitate dicuntur.
nullo modo ad se ipsa sed
ad inuicem. aut ad creaturam
dicuntur. Et ideo relati
ue non substantialiter
ea dici manifestum est. Sic
enim trinitas unus dicitur deus.
magnus. bonus. æternus
omnipotens. Idemque ipse sua
dici potest deitas. ipse sua
bonitas. ipse sua æternitas.
ipse sua omnipotentia. Non
sic dici potest trinitas pater.
nisi forte translate ad cre
aturam propter adoptionem
filiorum. Quod enim scriptum
est. Audi israel dominus deus tuus.
unus est. Non utique excepto
filio. aut excepto spiritu sancto.
oportet intellegi. quem
unum dominum deum nostrum
recte dicimus. etiam patrem
nostrum per gratiam suam nos
regenerantem. Trinitas
autem filius nullo modo
dici potest. Spiritus uero sanctus
secundum id quod scriptum est
quoniam deus spiritus est. Potest quidem
uniuersaliter dici. quia
et pater spiritus et filius spiritus.
et pater sanctus. et filius sanctus.
Itaque pater et filius et spiritus
sanctus. quoniam unus deus. et utique
deus sanctus est. et deus spiritus est. potest
appellari trinitas et spiritus
sanctus. Sed tamen ille spiritus
sanctus qui non trinitas. sed
in trinitate intellegitur
in eo quod proprie dicitur spiritus
sanctus. relatiue dicitur cum et ad patrem
et ad filium refertur. quia
et spiritus sanctus. et patris et filii spiritus
est. sed ipsa relatio non apparet
in hoc nomine. Apparet autem
cum dicitur donum dei. Donum
enim est patris et filii. quia
et a patre procedit. sicut dominus
dicit. Et quod apostolus ait.
Qui spiritum xpi non habet.
hic non est eius. de ipso
utique spiritu sancto ait. Donum